Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

num non intelbit lumen. Homo
cum in honore esset non intellexit
comparatus est iumentis insipientib:
et similis est factus eis

Deus deorum
dominus locutus est et vo
cauit terram. A solis ortu
usq: ad occasum ex syon species decoris
eius. Deus manifeste veniet de
noster et non silebit. Ignis coram
spectu eius exardescet et in circuitu
eius tempestas valida. Advocabit
celum desursum et terram discernere
populum suum. Congregate illi sanc
tos eius qui ordinant testamentum
eius super sacrificia. Et annuntia
bunt celi iusticiam eius quia deus
iudex est. Audi populus meus et lo
quar israel et testificabor tibi deus deus
tuus ego sum. Non in sacrificiis
tuis arguam te holocausta autem
tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitu
los nec de gregibus tuis. Quoniam
mee sunt omnes ferae silvarum
iumenta in montibus et boves.
Cognovi omnia volatilia celi
et pulchritudo agri mecum est.
Si esuiero non dicam tibi meus
est enim orbis terre et plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes
taurorum aut sanguinem hirco
rum potabo. Immola deo sacri
ficium laudis et redde altissimo
vota tua. Et invoca me in die
tribulacionis et eruam te et honori
ficabis me. Peccatori autem dixit
deus quare tu enarras iusticias
meas et assumis testamentum meum

per tuum. Tu uero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos retro
sum. Si videbas furem currebas cum eo et cum adulteris portionem
tuam ponebas. Os tuum habundauit
malicia et lingua tua concinnabat do
los. Sedens adversus fratrem tuum
loquebaris et aduersus filium matris
tue ponebas scandalum hec fecisti
et tacui. Existimasti iniquum fore
tui similis arguam te et statuam
faciem tuam. Intellexite hec qui
obliuiscimini deum ne quando rapiat et
non sit qui eripiat. Sacrificium
laudis honorificabit me et illic iter
quod ostendam illi salutare meum.
in fine ps DD qm uenit ad eum sa
tan pha cum intrauit ad bersabee.

Miserere mei
deus secundum magnam misericor
diam tuam. Et secundum multi
tudinem miserationum tuarum dele
iniquitatem meam. Amplius
lauame ab iniquitate mea et a peccato
meo munda me. Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et peccatum meum con
tra me est semper. Tibi soli peccaui et
malum coram te feci ut iusticiceris in
sermonibus tuis et vincas cum iu
dicaris. Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis concepit
me mater mea. Ecce enim ve
ritatem dilexisti incerta et occulta sa
pientie tue manifestasti mihi. Aspe
rges me domine ysopo et mundabor
lauabis me et super niuem dealbabor.
Audiui meo dabis gau
dium et letitiam et exultabunt ossa
humiliata. Auerte faciem tuam